

infra num. 93. *Giach.*
 50 Bene eius morte confirmatur.] Quod si donatio à patre in filium familias facta morte ipsius patris sola confirmetur, si non appareat, patrem mutasse voluntatem, probatur per textum in l. donationes, quas parentes. 25. C. de donati onibus int. vir. & vxor. l. filia. 18. C. famil. ercisc. Et tradunt Bartol. Iason, & Crotus. in d. l. frater à fratre. 38. ff. de condict. in hocque citas Menochius in tract. de presump. 29. nu. 66. D. Bocer. d. com. mentar. de donationib. cap. 3. num. 8. Arumaus Exerc. Iustin. 6. th. 14. in addit. Matth. Stephani ceter. 2. quest. 44. littera D. & Vaconius à Vacuna lib. 4. declarat. 57. num. 10. Præterea donationem à patre in filium familias collatam confirmari tacita raihabitione patris post filij emancipationem, constat ex l. donati ones. 31. §. pater. 2. ff. de donationib. & l. siue emancipatis. 17. C. eod. Harpr. h. Donatio ipsa confirmabitur.] Quod hæc donatio non confirmetur iuramento, tenuit Bald. in cap. cum contingat. de iureiur. Paul. de Castr. conf. 342. in cap. circa bona. vol. 1. Fulg. conf. 199. Corn. conf. 9. lib. 2. conf. 188. in princ. lib. 4. Contraria tamen opin. quod scilicet firmetur iuramento, videtur magis communis. De hoc vide per Ant. Gab. lib. 3. commu. opin. tit. de donat. conclus. 4. Gouean.
 Nunquid ex virtute iuramenti donatio ipsa confirmabitur.] Donationem factam à patre filio valere, quando pater donationem ipsam iuramento confirmauit, post Clarum nostrum, & ab eo congestos hoc loco, docent Fernand. Vasq. de successio. creat. lib. 2. §. 18. requisit. 19. num. 162. Euerhard. à Midelburg. in Topic. loco, à vi iuramenti. num. 12. Mynfinger. cent. 2. obseruat. 33. Andr. Gail. lib. 2. obseru. 83. num. 7. & seqq. Ioan. Gutierrez in tract. de iuramento confirmator par. 1. capit. 4. num. 4. hocque referens D. Bocer. dict. commentar. de donat. cap. 3. numer. 7. Qui tamen subijctis iuris rationem non admittere, vt iuramento isthæc donatio confirmetur. Tum quia si quod filius familias acquiri, patri acquiri. §. 1. Instit. per quas person. cuique

acquiri. dict. l. placet. 79. ff. de acquiren. vel amitten. hæredit. etiam si obligatio sit, initio tñ. Institur. per quas person. nobis 53 obligat. acquiri. Nemo autem sibi ipsi obligatur. Tum si quia inter patrem, & filium familias lis nulla esse potest l. lis nulla. 54. ff. de iudic. Tum quia si iuramentum est accessio ipsius donationis: qua non subsistente, nec ipsum iuramentum vires ei præbere poterit. c. accessorium. 42. de reg. iur. in 6. Proinde etiam nulli hic per iurium committitur, Donnell. lib. 2. 1. cõment. cap. 13. pag. 537. Tum postremo, quia si quod vna via prohibiti est, alia via per mitti nõ debet. c. cũ quid vna. 84. de reg. iur. in 6.
 Non aduersatur textus l. cum pater. 77. §. filia matrem. 23. ff. de legat. 2. vbi si licet testamentum nullo iure factum sit, nihilominus tamen propter iuris iurandi religionem fideicommissa præstanda veniunt. Ibi enim iuramentum enixam saltem iurantem voluntatem detegit: non vero eius potentiam auget.
 Similiter non obstat Auth. sacramenta puerum. C. si duertus vendition. vbi dicitur, sacramenta ista de contractu, siue conuentione, quæ iure valet. Plura, quæ huic opinioni refragari videntur, neruose diluit D. Bocer. loco præalleg. Et eadẽ de re videatur Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 29. num. vlt. & Bernhardus Grenaus lib. 2. præct. obseru. concl. 38. Harpr. i. Quod firmetur iuramento.] Addeatq; commun. esse vide etiam de hac communi in collect. mea commun. opi. verb. donatio. nu. 79. Et de donatione facta filiofamilias, quæ ab initio non valet, & quæ ad nutũ patris reuocari potest, si sit morte confirmata, quod imputetur ei in legitimam, commune vide per Rol. conf. 12. num. 3. 1. vol. 2. vbi alios retulit. At non idem de donatione facta filio in potestate à patre commun. per Rol. ibid. nu. 29. nisi aliter sit dictum, commune per eund. ibid. num. 32. Et vbi confirmatur morte aduerse, quod sumit robur, prout extunc commune per eund. ibid. nu. 40. Et de omnib. istis comun. conclusionib. dixi, vbi sup. num. 89. cum multis seqq. *Giach.*

QVAESTIO IX. S V M M A R I A Ex Claro.

- 1 Donatio inter virum, & vxorem, an valeat.
- 2 Et quid in donatione causa mortis.
- 3 Et quid si appositum sit iuramentum.
- 4 Et quid si talis donatio sit simulata, vel presumpta.
- 5 Et quid si facta sit in cõpensatione senectutis, vel ignobilitatis.
- 6 Et an confirmetur morte donantis.
- 7 Et an eo casu reuocabatur ad tempus facta ipsius donationis.
- 8 Et quid si excedat summam quingentorum solidorum.

ADDITIONES.

1 Nunquid donatio inter virum, & vxorem valeat.] Donationem si simplicem, siue propriam inter coniuges esse prohibitam constat ex toto tit. ff. & C. de donationib. inter vir. & vxor. Ratio huius prohibitionis est: ne mutuo amore se inuicẽ spoliarent coniuges: ne alter diuitior, alter pauperior fiat: ne concordia maritalis pretio conciliari videatur, l. 1. 2. & 3. ff. d. tit. Hartman. Pistoris lib. 1. q. 44. nu. 4. & seqq. Andr. Gail. lib. 2. obseru. 40. nu. 1. Petr. Nicol. Mozz. in tractat. de donationib. c. 3. nu. 20. & elegat. Quirinus Kubachius cent. 2. q. illustr. decur. vlt. q. 3. Enimvero si reciproca donationes, vt verbi gratia, bona prædefuncti coniugis sine liberis ad superstitem coniugem perueniant, no

QVAEST. IX.

1 Quæro, nunquid a donatio inter virum, & vxorem valeat? Respon. quod regulariter non valet, l. 1. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Quod optima ratione introductum fuit, ne coniuges mutuo amore se spoliarent, vt dicitur ibid.
 2 Et hæc quidem conclusio locum habet, non solum in donatione inter viuos, sed etiam in donatione causa mortis. Nã & ipsa inter coniuges facta nihil valet. Ita dicit glo. in l. 2. in princ. in verb. Legatum ff. de dote præleg. quam dicit esse ab omnib. probatam Didac. in Rubr. de testam. in 3. par. nu. 2.
 3 Sed quid si in ipsa donatione appositum sit iuramentum, nunquid ex virtute ipsius iuramenti talis donatio confirmabitur? Respon. quod in hac questione varie fuerunt Scribentium opiniones. Nam Bart. in l. qui testamentum. ff. de pro-

- ratio, & num. 6.
- 2 Reciproca inter coniuges donationes consuetudine Germaniæ firmetur.
- 3 Ecquid donatio mortis causa inter coniuges sit prohibita.
- 4 Cuiusque legari, eidem & mortis causa donari potest.
- 5 An simplex inter coniuges donatio iuramento confirmetur.
- 6 Iuramentum contra bonos mores præstitum non est obligatorium.
- 7 Donatio a marito ignobili coniugi nobili, aut a marito senes coniugi iuuenile facta, nunquid valeat.
- 8 Omnis donatio inter coniuges indistincte interdicitur.
- 9 An isthæc donatio morte donatoris confirmetur.
- 10 Confirmatio illa, quæ fit per mortem mariti, respectu domini non retrotrahitur ad tempus factæ donationis: sed tantum contemplatione fructuum preceptorum.

de mort. caus. donationib. vbi Marcianus I. C. donationem ita factam, vt nullo casu reuocetur, ideo inter virum, & vxorem non valere dicit, quod non sit donatio mortis causa, sed inter viuos. Vnde sine villo negotio colligitur, donationem mortis causa inter virum, & vxorem subsistere. Accedit text. in l. penult. ff. d. tit. ex quo liquido apparet, donationem istam inter coniuges esse vlidam. Adde, quod si regulariter, cuiusque legari potest, idem & mortis causa donari possit: & nullo iure prohibitum sit, quin à coniuge coniugi legatum relinquatur, l. Marcellus 15. l. etsi debitor 17. l. illud generaliter 37. ff. de mort. caus. don. Et ita sentiunt Ant. Gomez. tom. 2. var. resolut. iur. cap. 4. nu. 18. vers. nono. Michael Graff. lib. 1. recept. sent. §. donatio causa mortis, quæst. 6. nu. 1. Schneidevvin. ins. 1. nu. 6. & d. §. 2. nu. 60. Instit. de donat. Vaud. lib. 1. q. 39. D. Bocer. d. comment. de donat. c. 5. n. 36. Thadeus Pifo lib. 4. var. resolut. c. 4. nu. 15. Berlichius par. 2. concl. 1. n. 30. Eandem rem fuisius tractauit in §. 1. Instit. de donat. numer. 58. & seqq. Harprecc.
 c. Confirmabitur.] Contrarium, quod scilicet nõ firmetur iuramento, tenet Bart. in l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ibi multæ, C. de donat. ante nupt. Vide Gabr. tib. 4. commu. opin. tit. de donat. conclus. 3. Gouean.
 d. Huiusmodi donatio inter virum, & vxorem confirmetur iuramento.] Quod si simplex inter coniuges donatio iuramenti religione confirmetur, ultra Clarum hoc loco nostrum, & Doct. per eum cumulat, tenent Michael Grassus d. §. donatio causa mortis. q. 6. num. 3. Gail. lib. 2. obser. 40. Mynfinger. cent. 2. obser. 33. num. 5. Ant. Gabr. lib. 3. commu. concl. tit. de donat. conclus. 3. Vasquius lib. 1. controuerf. illustr. cap. 38. num. 4. Io. Gutierrez in tract. de iurament. confirmator. cap. 3. num. 2. cum seqq. D. Bocer. clas. 2. disp. 19. th. 10. edit. 2. & dict. comment. de donat. cap. 3. num. 23. & nouissime Quirinus Kubachius dict. cent. 2. quæst. illustr. decur. ult. quæst. 4. Verum contraria sententia haud citra rationem defendi poterit. 6 Siquidem si non est obligatorium contra bonos mores præ-

fitum iuramentu, cap. nō est. §. 8. de regul. iur. in 6. Hoc autem iuramentum contra bonos mores esse, patet ex d. l. i. 2. & 3. ff. de don. inter vir. & vxor. Tum quia donans ad partem reducere: tum quia cura educandi liberos negligetur: tum quia daretur occasio diuortij: tum quia matrimonia venialia essent: tū etiam quia prohibitio iuris ciuilibus hoc pacto plane elusoria foret: tum denique quia alteruter coniugum facile blanditijs induci ad iurandum posset. Et ita quoque docet Do. Obrecht. disput. 1. de donationib. th. 221. & seq. Forster. lib. 2. disput. 10. th. 6. & Matthias Stephanus cent. 2. q. 42. ad lit. C. & plures alij, quos recitat Petr. Nicolaus Mozz. dict. tract. de donat. tit. de person. int. quas cadere poss. dona. n. 32. vers. contrariam opinionem, &c. Harprec.

e Ita dicit Cyn.] Adde Bart. in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. Bald. in l. i. ver. ex prædictis. C. de inoffic. don. Crot. in l. si constant. ff. solut. matr. Contrarium tenet Ang. in l. pen. §. mulier ff. solut. matrim. Aachar. conf. 307. Gouean.

f Ducat puellam.] Et econuerso de vxora, quæ donauit futuro marito illius, & contempatione matrimonij attenda, & considerata iuuenili ætate, & personæ qualitate, vide, & dic, vt per Crau. qui plene, & in terminis consultus respondet. Ipsa erat anno 5, quod maritus iuuenis cui donauit in compensationem ætatis tres partes de quatuor omnium bonorum suorum. Maritus autem allegat iuuentutem suam. Nam isto casu Crau. appellat donationem reciprocam, & remuneratorem. Giach.

Pone, quod maritus ignobilis, aut senex ducat puellam, vel nobilem, &c.] Si maritus ignobilis nobilem, aut senex puellam, & iuuenulam in vxore ducat, eiq; in recompensationem ignobilitatis, vel senectutis aliquid donet: hanc donationem valere, præter Clarum hic no-

lib. 4. Abb. in c. fin. nu. 9. de donat. inter vir & vxor. vbi dicit, quod hæc opi. communiter tenetur, & conf. 96. num. 1. lib. 2. quem refert Gramm. decis. 103. nu. 73. Ias. in l. pacta quæ contra, nu. 5. C. de pactis. Dec. in d. l. pacta, quæ contra, nu. 7. & consil. 222. post num. 6. & cons. 240. num. 1. Claud. in l. i. cui bonis, nu. 24. ff. de verb. oblig. & in l. si diuortio, nu. 11. eod. tit. Ruin. conf. 190. nu. 3. lib. 1. & cons. 179. nu. 3. eod. vol. Bertrand. conf. 175. nu. 3. lib. 1. in 2. par. & cons. 163. post num. 1. lib. 2. in 2. parte, & cons. 208. nu. 5. lib. 3. in 2. parte, Rubens conf. 25. num. 5. & cons. 54. nu. 3. Paris. conf. 86. nu. 14. lib. 3. Rip. lib. 3. respons. cap. 4. nu. 6. & c. 6. per totum, & c. 17. num. 1. Alciat. in d. c. cum contingat, nu. 196. & in l. probum, in verbo, Non natura, ff. de verb. signif. Bello. conf. 4. nu. 2. in fin. & cons. 87. nu. 3. Crau. conf. 81. post. nu. 1. vers. Sed præmissis, & consil. 229. post n. 4. vers. Quæ conclusio, & cons. 245. post n. 12. vers. Nec dicatur. Soc. iun. consil. 47. nu. 15 lib. 3. Duen. reg. 219. in 2. ampliatione. vers. Secus tamen Alba. conf. 4. nu. 12. Didac. in Rubr. de testam. in 2. par. n. 10. Et hæc opi. tãquã apud Doct. nostri tẽporis indubitabili, non esset iudicando, aut consulendo recedendum: Potest enim hoc casu iuramentũ ipsum obseruari sine interitu salutis æternæ. ideo seruandum est, cum non sit præstitum super promissione, quæ dici possit esse contra bonos mores. Faciunt, quæ dixi supra q. prox. vers. sed quæro.

Hæc tamen conclusio, quæ habet, quod donatio inter virum, & vxorem confirmatur iuramento, intelligenda est, vt procedat in vera donatione: nam si esset donatio simulata, vel præsumpta, puta, quæ resultat ex confessione doti receptæ in casibus, in quibus præsumitur facta animo donandi, talis donatio non confirmatur iuramento. Ita dixit Cyn. in l. i. in fin. C. de sacros. Eccl. & est communis opi. vt ait Soc. conf. 61. col. 3. lib. 1. prout illum refert, & sequitur Didac. lib. 1. resolut. c. 7. numer. 5. Curt. iun. consil. 95. nu. 4. Crat. conf. 55,

num. 40. lib. 1. Cum enim inter cetera iuramentum, ad hoc vt valeat, debeat habere comitem veritatem, præsupposita simulatione contractus, nihil potest operari. Bene verum est, quod huiusmodi donatio simulata, & præsumpta confirmatur morte mariti, vt dixi infra versic. Scias autem & in hoc proposito, quando confessio dotis receptæ censetur facta animo donandi, videnda sunt ea, quæ dixi infra §. dos.

Sed pone, quod maritus ignobilis, aut senex ducat puellam, vel nobilem, in vxorem: nunquid ipse poterit in compensationem suæ ignobilitatis, vel senectutis aliquid illi donare? Resp. quod sic, & talis donatio valebit. Ita videtur sensisse gl. unica in l. si voluntate. C. de dotis promiss. & est communis opin. vt attestatur Bald. Nouell. de dote, in 10. parte, nu. 8. & seqq. Ias. in l. si diuortio, ff. de verb. oblig. prout illum refert Paris. conf. 86. num. 18. lib. 3. licet ego non reperiam Ias. ibi id attestantem. Tiraque. de nobilitate, cap. 18. num. 19. & dicit Bart. in d. l. si voluntate. in fin. quod ita obseruat consuetudo, prout illum refert Ias. in d. l. si diuortio. post num. 13. quamuis Bart. in libro meo hoc non dicat.

Et hæc conclusio, licet in puncto iuris non transeat sine magna difficultate; esset tamen tenenda propter auctoritatem Doctorum, & communem obseruantiam. Item, quia est fauorabilis mulieribus, quibus in dubio semper fauendum est in rebus honestis: & re vera non potest negari, quin hæc donatio aliquo modo dicatur remuneratoria. Illam tamen ego intelligo, vt procedat in ipso actu dotis constituendæ: sed si fieret post constitutam dotem, crederem de illa esse iudicandum, prout de ceteris donationibus simplicibus, quas mariti faciunt vxoribus: alias puellæ, & iuuenes, quæ maritos habent senes, facile ab illis huiusmodi donationes extorquerent ad earum libitũ. Solent enim viri, qui sunt ad venerẽ minus validi, nihil nõ concedere vxoribus suis, vt quod ex vna parte deficit, ex alia suppleatur.

Scias autem, quod hæc conclusio, quæ habet, quod donatio inter virum, & vxorem non valet, declaranda est, vt procedat, quantum ad hoc, vt ab initio sustineatur, ita quod renouari non possit, ceterum si post factam donationem maritus voluntatem non mutauerit, eo casu donatio ipsius morte mariti

strum, itemque Grauet. conf. 51. & Giacharium ad lit. A. alioque ab eo laudatos, affert Moz. d. tit. de personis, inter quas, &c. nu. 34. vbi plures citat. Sed contrarium iuri nostro magis cõsentaneum esse videtur. Omnis n. donatio inter cõiuges indistincte est interdita, tot. tit. ff. & C. de don. inter vir. & vxor. Trentacin. lib. 3. resol. 6. de donat. in princ. Ergo etiam inter nobilem, & ignobilem, senem, & iuuenulam. Et certe rationes prohibitionis, de quibus modo dictum, etiam in horum matrimonio militant. Ad hæc multi iure nostro casus speciales sũt expressi, quibus vxorem conficit: & tamen hic, de quo iam agitur, eorum in numero non recensetur: vt verisimile sit, eum nec iure enumerandum esse. Neq; releuat, si dicatur: ex eo sustinenda esse hæc donationem, quod non simplex sit, quæ prohibita; sed remuneratoria: cum donet senex in compensationem senectutis, & ignobilis in recompensationem ignobilitatis. Nam primo sibi imputet nobilis, cur in ignobilem consenserit. Deinde cum hic nullum verum subit meritum: ergo nec vera donatio remuneratoria erit. Præterea illa argumenta manifesta diluit Vlpian. in d. l. 3. ff. de donat. inter vir. & vxor. Atq; hæc fortassis olfaciens Clarus noster, hoc loco dicit: conclusionem contrariam in puncto iuris non transire sine magna difficultate. Sed ea de re vide Fachin. lib. 3. cõtrouerf. iur. c. 80. Pinellum ad l. i. part. 3. C. de bon. mater. Alber. Gentilem lib. 4. de nupt. cap. 13. & Scipionem Gentil. de donat. inter vir. & vxor. lib. 2. cap. 3. Harprec.

g Morte mariti confirmatur. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. & sustinetur in vim relictæ potius, quam in vim contractus, & ideo de illa detrahatur Falcidia, sicut de legatis, &c. Sed hoc intellige, vt procedat, dummodo ante mortem mariti interuenierit traditio vera, vel ficta, & sic aliquid, quod fungatur vice traditionis, alias vero si interuenisset sola promissio, non confirmaretur morte. Ita dicit Bart. in l. Papin. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ita tenent communiter Doct. ut ait Capolla conf. ciuil. 8. nu. 3. Dicit etiam Corn. consil. 124. in lit. B. lib. 4. quod in hoc Doctores omnes concordant. Hanc etiam dicit esse cõnem Paul. de Castro, conf. 138. num. 1. lib. 1. vbi attestatur, quod ita Doct. communiter tenent, quem refert Didac. in d. rubr. de testam. in 3. par. num. 3. Paris. conf. 128. nu. 8. lib. 1. Et in hoc proposito, quando licet aliquid dicatur fingi vice traditionis, duo possunt exempli adduci. Primum, quando in donatione est appositum constitutum, illud enim habet vim fictæ traditionis, vt dixi infra lib. 7. & ideo operatur, quod donatio ipsa morte donantis confirmetur. Et hæc conclusio communiter approbatur, ut dicit Soc. in l. 1. §. si uir, col. 3. vers. Quarta, & ultima. ff. de acquir. poss. & dicit Capolla in d. consil. n. 4. quod ita tenent cõmuniter Doct. Hanc etiam dicit esse communem Paris. in d. conf. 128. numer. 19. Secundum exemplum poni potest, quando non est vera donatio, sed præ-

sumpta, seu simulata; puta, quia maritus constante matrimonio confessus fuerit se recepisse hõdotem. Nam huiusmodi confessio presumitur facta animo donandi, vt dixi in d. §. dos. & confirmatur morte mariti, ex quo ipsa confessio receptionis habet vim factæ traditionis. Ita dicit mirabiliter gl. in l. quod de suo, in glos. fin. C. de dote cau. non numer. quam dicit esse communiter approbatam Soc. conf. 79. post nu. 1. lib. 4. Hanc etiam dicit esse communem Bald. Nou. de dote, in 10. par. nu. 7. Soc. in l. 1. n. 17. ff. solut. matr. quem refert Didac. lib. 1. resolut. c. 7. post n. 4. vers. Quod si confessio. Quæ omnia nota, quia sepe contingunt in practica.

Sed quæro, nunquid hæc confirmatio, quæ fit per mortem mariti, operetur, quod donatio ipsa censetur facta tempore mortis ipsius mariti, an autem retrotrahatur etiã ad tempus factæ donationis? Resp. quod respectu dominij non retrotrahitur ad tempus factæ donationis, sed bene trahitur retro respectu fructuum perceptorum. Ita dicit gl. in l. talis scriptura in gl. fin. ff. de leg. 1. & hæc opi. communiter tenetur, vt dicit Paul. Castr. in d. l. talis scriptura. num. 4. & seq. Alex. in d. l. talis scriptura. l. si is qui pro emptore. num. 15. ff. de vsucap. vbi subtiliter examinat hunc articulum. Didac. in rubr. de testam. in 3. parte, num. 5.

Quæro etiam nũquid huiusmodi donatio confirmetur morte mariti, etiamsi excedat summam quingentorũ solidarũ, datõ, quod nõ sit insinuata? dixi infra, q. 17. vers. sed quæro.

absque curatore vxoris, morte eius confirmari nequit, vt testatur Andreas Kauchbarus q. 32. n. 1. & seqq. part. 1. Harprec.

h Se recipisse dotem.] Item quod confessio mariti facta vxori constante matrimonio de dote recepta non valeat, communis, atque magis communis vide per Rolan. conf. 93. vbi fallit, quando sunt lapsa tempora ad opponendum exceptionem dotis non numeratæ. Item et in iuramento assertorio. Et de his communib. opi. dixi in colle. comm. opin. verb. confess. nu. 37. cum multis seqq. Giach.

i Respectu dominij nõ retrotrahitur ad tempus factæ donationis.] Quod confirmatio iustitice, quæ fit per mortem mariti, respectu dominij non retrahatur ad tẽpus factæ donationis, sed bene retrotrahatur respectu fructuum perceptorum, post Clarũ hic nostrum, & ab eo memoratos, scribit quoque Mozzius sub d. tit. de person. inter quas cadere, &c. nu. 42. Harprec.

k Confirmatur morte mariti.] Item quod confessio dotis facta constante matrimonio, etiam animo donandi, nisi morte confirmetur, haud valeat: vide de communi, atque magis communi per Rolan. conf. 63. atque per Io. Caph. in conf. 163. n. 20. Item eadem colle. mea communi. opi. in verbo confirmatio. nu. 4. Giach.

QVÆSTIO X. SVMMARIA. Ex Claro.

- 1 Ea quæ socer, vel maritus mittit sponsæ, an censeantur donata.
2 Et quid in his, quæ ei donantur a consanguineis, vel affinibus.

ADDITIONES.

QVÆST. X.

Sponsæ donatum.] Et quod donatio facta à spõso sponsæ valeat, vide per Nat. conf. 317. nu. 2. verum an habeat vere dotis priuilegia? Vide per Man. uer. in addit. ad parc. Papien. d. vxor vsu- Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.



Ircæ hanc materiam donationis inter virum, & vxorem, occurrit alia quæstio quotidiana; nunquid si maritus, aut eius pater, mittant aliquid sponsæ, pro-

ut quotidie fieri videmus, præsumatur illud ipsi sponsæ donatum? Respon. Aut expresse dictum est, quod donatur: & tunc vtique censetur donatum, Aut simpliciter missũ est, nulla facta mentione donationis; & tunc in dubio censetur traditum causa ornamenti, nõ au-

fructuarĩa ad gloss. dedit, & tradidit Addi. fin. qui loquitur de donatione quæ fit à marito senex, vel ignobilis: dotis constitutio facta à marito, quod non habeat vere dotis priuilegia, vide per eum de alis, etiam donationibus. Giach.